

quam ex loco suo potest desumi. *Com-*  
*munis* porro vocatur, quia communiter  
 vsurpari potest de omnibus, qui de vir-  
 tute vel vitio isto participant.

## XXVIII.

Partes tractationis licet pauciores *Partes*  
 etiam esse queant, tamen octo aliquan- *tractatio-*  
 do comparent, prout illæ ab APHTHONIO *nis.*  
 & MICRÆLIO exhibentur.

1. Est exordium aliquod.
2. Contrarium, quo virtutibus vitia  
 & virtutes vitiis opponuntur.
3. Oppositio, vbi dicitur, quid con-  
 tra soleant facere, in quibus hæc virtus,  
 vel hoc vitium inest.
4. Comparatio, quæ ita instituenda  
 est, vt res plures laudentur vel vitupe-  
 rentur.
5. Sententia, hoc est laudatio vel re-  
 prehensio intentionis illorum, pro qui-  
 bus vel contra quos locus communis  
 instituitur.
6. Digressio coniecturalis, vel ad vi-  
 tam illorum præteritam, pro quibus vel  
 contra quos dicimus; vel ad exem-  
 pla, similia, quantum ea ad laudatio-  
 nem vel vituperationem præsentem  
 conducit.
7. Est misericordiæ vel commotio,  
 vel eiusdem remotio per argumenta  
 idonea.

L 4

8. Con-